



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

14 Papa iursidictionem habet super Imperatorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

renunciat, illud repetere non potest, *cap. quàm periculosum*, & ibi gloss: 7, q. 1, & *Crav. conf. 14, num. 4.*

14. Papa habet jurisdictionem supra Imperatorem, *cap. venerabilem, circa med. versic. quòd autem*, & ibi Innoc. num. 4, & Abb: num. 18, *de elect. cap. novit*, §, non igitur, *de jud. cap. Constantinus*, 96, *distinct.* Clem. Romani, *de jure jur.* & Abb. *in consil. 82, num. 3, & 4, volum. 1.* quia licet Imperator habeat Imperium à solo Deo, mediata tamen per electionem, *l. 1, in princ. C. de vet. jur. enuel. cap. si Imperator*, & ibi gloss. *in verb. divinitus*, 96, *distinct.* tamen subest Papæ Vicario Christi † qui septem Electores Imperii instituit, videlicet Archiepiscopos Moguntin. Treverensem, & Coloniensem Ecclesiasticos; Laicos verò, Palatinum Comitum Rheni, Ducem Saxonie, Marchionem Brandeburgensem, & Regem Bohemie, qui infra scriptis versibus comprehenduntur, Magna Moguntia, Crassa Colonia, Treveris arena: Atque Palatinus Dapifer. Dux Portitorensis, Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus Romanum Regem statuendi dant sibi legem, ut per gloss. *penult. cap. ad Apostolica, de sent. & re jud. in 6, & Baron. Annal. 996*, §, & licet, *tom. 10.* Antea verò non penes septem tantum electores erat jus eligendi, sed penes omnes, tam Ecclesiasticos, quàm Laicos feudatarios Imperatoris, utriusque. Germanie Principes, ut pluribus probat Baron. eodem *Annal. 99*, §, *sanè quidem, & seqq.* Et quòd à Romano Pontifice fuerunt dicti Electores instituti, probat text. *in cap. venerabilem*, §, *Verum*, ubi, jus, & potestas hujusmodi ab Apost. 17 Sede pervenit, *de elect.* Clemens Quin-

tus *in Concil. Gener. Viennen. ut in Clement. Romani*, ibi: *Seque illi*, & eidem Ecclesie, quæ à Græcis † Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad ceteros eorum Principes, jus, & potestas eligendi Regem, & Imperatorem postmodum promovendum pervenit de jure juran. Otho Imperium usque ad tertiam suam generationem, quorum quilibet vocatus est Otho, & ex tunc per Gregorium Quintum genere simili, & Theutonicum provisa, fuit electio, ut videlicet per septem Principes Alemanie fieret, quæ usque ad hæc tempora perseverat, ut testatur S. Thom. *in lib. 3, de regimine Principum, cap. 19*, S. August. *in summ. de potest. Eccles. q. 35, articul. 2.* Philipp. Bergom. *lib. 12, Supplementen. Chronic. Blond. Flav. lib. 3, decad. 2, Plat. in vit. Gregor. V. Raph. Volater. lib. 22, Antropolog. Joan. Andr. in cap. ad Apostolica, de senten. & re judic. in 6, & in dict. cap. venerabilem, de elect. Cardin. Flor. eodem cap. venerabilem*, §, 1, *volum. 3, in 6, quest. num. 7*, Alberic. *in l. benè à Zenone*, num. 5, *de quadrienn. præscript. sanctus Antonin. part. 3, tit. 22, cap. 5*, §, 13. Andr. Alciat. *in commen. l. bona Civitatis, ff. de verb. signific. & Cardin. Bellarm. qui alios adducit de translat. Imperat. Roman. lib. 3, cap. 1, §, habemus igitur, & cap. 3*, §, *primus igitur*, quem reprobata opinione tenentium, quòd à Gregorio X. Electores fuerint instituti, sequitur Baron. *Annal. 996*, §, *hac igitur, tom. 10.* & cõprobatur confessione eorundem Principum Imperii de Anno 1279, facta, ut per Autographum Romæ in Arce sancti Angeli asservatum tenoris infra scripti, Nos Principes Imperii unversis presentem paginam inspecturû. Complectens ab olim sibi